

IN
OMNES CA-
THOLICAS EPISTOLAS,
*Acta Apostolorum, Apocalypsim, ac
nonnullos Hymnos ecclesiasticos, Com-
mentarij doctissimi, summa diligentia
emendati & recogniti, D. Dionysio
Carthusiano authore.*

¶ Accessit index rerum & verborum copiosus.



P A R I S I S,

In officina Audoëni Parui, ad Lilij
insigne, via Iacobæ.

1554.

IN votis mihi semper fuit, quos excudédos suscipio auctores emendatos & correctos in lucem emittere. Quod quādā gnauiter hactenus præstiterim, fidēm faciēt ea, quæ ante tres plus minus annos nostris prælis cōmissa, in vulgus prodierūt. At verò, cùm nuperimè singulari cura & diligentia, D. Dionysij Carthusiani lucubrations in Euangelia, Epistolas Catholicas, Apostolorū Actus, Apocalypsim, nonnullosq; Hymnos ecclesiasticos typis meis cōmisissim, neq; deessent sacrarum literarū studiosi, qui ad Paulinas Epistolas ex eiusdē Carthusiani officina, nō dico inuitarent, sed (ut ait Fabius) quotidiano propè cōuicio efflagitarent, vtq; idem præstarem penè extorque-rent, mibi, ne viderer philologis inuidere (quorum ego me cōmodis natum volo) aut sumptus pertimescere (quos ego sēmper hisce in negotijs spēnendos duxi) virisq; do. Et siuxta ac pijs (qui in tam digno labore, suam operam, atq; industriam minimè denegandā putauerūt, quorūmque tum authoritatē tum iudicium aspernanda minimè sum arbitratus) mihi, inquā, virisq; illis doctis, visum est, multorum exemplarium, eorumq; veterum, & propterea minus corruptorū, collatione, opus illud veluti ex integro restaurare, & à médis quibus, certè multis, scatebat (Augiebubble dixisses) ppurgare, ac quodāmodo refor-mare. Dicam quod res est: in eo inerant nonnulla præter-missa quædā permixta, ac (ut ita dixerim) loco transposi-ta, plurima verò tā improbè distincta, vt lectori vel Cim-merias (quod aiunt) tenebras effundere potuissent. Quæ omnia utinā hoc in opere discusserimus: adnixi certè su-mus, de nobis cōceptę opinioni & expectationi respōde-re. Diligentiam si non maiore (quam utinam possim) at parem certè præstaturum me polliceor, in Paulinis, quas breui excudam Epistolis. Neq; verò paruum calcar mihi addiderit propensus tuus in me animus, quem ego mihi persuadebo satis perspectū, si nostrā hanc industriā pro-baueris. Probabis verò si hos nostros labores, quos ut tuo-rū cōsulerem⁹ studiorū utilitati suscepimus, qua tibi mēte offeruntur acceperis. Vale Lutetiae. prid. Id. lul. 1554.



**D. DIONYSII
CARTHUSIANI IN SE-
ptem epistolas canonicas,
PRO OEMIVM.**



OM EDIT E amici, & bibite,
& inebriamini. Canticorum
quinto. Deus omnipotens &
æternus, qui ciues supercæ-
lestis Hierusalem, suipius
clara per specie cognitione
alit & satiat: ciues huius in
terra peregrinantis Hierusa-
lem, militantis ecclesiæ nō relinquit impastos: imò
multipli cibo ac potu nos recreat & confortat,
atque interim etiam gratiœ inebriat in præsentu:
nem pe sacramentali corporis & sanguinis Christi
refectione, cibo bonæ operationis, pane lachry-
marum, pane vitæ & intellectus, & aqua sapienuæ
salutaris. Denique inter spirituales cibos & potus,
quibus cælitus pascimur in hac vita, locum habet
sublimem sacra scripture: quæ hoc facit in anima,
quod materialis cibus & potus agunt in corpore.
Corporalis etenim cibus & potus primò cōseruant
hominem in esse naturæ: ne per consumptionem

ГОСУДАРСТВЕННАЯ

4. sprzed wypadek iż zatrudniony w jednostce wojskowej o której mowa
5. zatrudniony w jednostce wojskowej, której dowódca jest żołnierzem jednostki wojskowej, o której mowa

